SG


RECUEIL
DE LETTRES
ET DISCOURS
ADRESSÉS
À DIVERS
PERSONNAGES
(XV–XVI.e S.)

LETTRE
DE CHRISTOPHE
COLOMB
DE INSULIS NUPER
INVENTIS











La pièce 3 de ce recueil est la seconde édition de la traduction latine de la Lettre de Colomb relatant la découverte du Nouveau Monde.

Elle a été imprimée par Stephanus Planck, à Rome en 1493, lequel a également imprimé la 1re édit. — mais en omettant au titre le nom de la reine Isabelle.

Dans celle-ci, Planck corrige cette omission, ainsi que le nom du trésorier des Rois Catholiques. C'est le no 4 de ma Bibliotheca Americana Vetustissima.

Henry Harrisse

3 juin 1892

les fiches portent pièces 1 à 6.
puis pièces 1 à 30.

P. 1 — Datée de 1522 }
2 — id —
3. circa 1522
4 —
5 }
6 } Datée de 1522

Ces six premières pièces forment les ffts. 1 à 27 du vol. et sont toutes du XVIe s.

Pièces incunables : n° 1 (6) Daunou 463 — Pellechet 4090

2 (7)	—	416	—	3230
3 (8)	—	omis	—	omis
(cf. 2 autres ex. D. 480 OE XV. 351 p. 12).			—	5060 et un 4e ex.
4 (9)	Daunou	718	—	3862
5 (10)	—	465		
6 (11)	—	675		
7 (12)	—	omis	Pellechet	omis
(cf. OE XV. 351 p. 27		667	—	1686)
8 (13)	Daunou	710		
9 (14)	—	omis	—	omis
(cf. OE XV. 351 p. 22		671	—	5019)
9* (15)	—	omis	—	
(cf. OE XV. 351 p. 23		669		
9** (16)	—	omis		
(cf. OE XV. 351 p. 28		673		
10 (17)	—	653		
11 (18)	—	665		
12-13 (19)	—	674	Pellechet	2048
14 (20)	—	omis		
(cf. OE XV. 351 p. 29		712		
15 (21)	—	461	Pellechet	4816
16 (22)	—	588	—	4433
17 (23)	—	590	—	2836
18 (24)	—	omis mais sous le n° 832 Daunou cite l'ex. [351] qui n'existe pas ds. cet autre recueil : c'est sans doute une erreur		
19 (25)	—	534		
20 (26)	—	792		
21 (27)	—	419 coté à tort [351] ?		

T.S.V.P.

22 (28). Daunou 717.
23 (29) – 287.
24 (30) – 318
25 (31) – 314
26 (32) – 466
27 (33) – 451


---

28 (34) Pièce datée de 1523
29 (35) – 1524
30 (36) – 1521.

x ~~[crossed out]~~

~~x 5 11~~

n.° 4 (9) Lettre de Christophe Colomb.



Nº 18

¶ Stephani thegliatii Archiepiscopi Patracẽsis et Episcopi Torcellani Oratio habita in die Omniũ sanctorum coram Sanctissimo. D.N. domino Alexandro diuina prouidentia papa. vi. in prima missa & capella eius Pontificatus. Mcccclxxxvi. +x.(1496.

Fundamẽta eius in mõtibus sanctis. ps. lxxxvi.



Ellem. B.P. ꝙ in tam celebri sanctorum omnium solempnitate: in qua ciuitatis & ecclesie que in mõtibus sanctis fundamenta sua posuit: memoria gloriaq3 digne recolitur tanta esset in me dicẽdi copia facũdiaq3 ꝙ nõ modo in hoc dicendi genere pro dignitate huius tẽpli amplianda: tuo iustissimo desiderio satisfacere: uerũ etiã rei assumpte grauissime. tueq3 sapientie profundissime: ac tantorum patrum iuditio optimo: iocunda: grata: & utilia in medium afferre possem. Presertim cum hoc in loco amplissimo & ornatissimo prime sedis cui merito preesse dinosceris tãto altius digniusq3 ceteris hoc predicatiõis officium agendũ sit quanto dignitas & auctoritas ipsius sedis ceteras antecellit: quantumq3 hic altioris & sanioris intelligentie patres q̃ alibi extare non ignoramus. Quorum censura profecto cognita modo tenuitate uirium mearum indicendo: haud parum timerem: nisi huius loci amplitudinẽ te iubente ascẽdissem: & nisi etiam mistice & alegorice. Ita deũ in dilecto filio suo: in sanctisq3 suis laudare: ita illum in firmamẽto uirtutis eius perquirere: ac ita in eo pro tanta temporis angustia uirtutes sanctorũ & opposita impiorũ enarrare statuissem nihil utilius nihil honestius ex tanti diei obseruantia pro ecclesia iustorũ

in mearũ conferri possit. aut etiam quid magis perfectum ingenio: aut industria elaboratũ ad ecclesiã impiorum spernendamq; esse ualeat. Nã quid utilius q̃ de fundamentis ciuitatis sanctorũ & ueritate uirtutũ in ea discernere: quid honestius q̃ ciues sanctorum & dei domesticos a uia ueritatis & uite aberrantes reuocare: & deniq; quid perfectius aut prestantius qui malignantium malos montes peruersasq; operationes detegere: Ne cũ maximo prophetarum dicere teneã: ue mihi quia tacui: uerum. P. B quia cum dificultate euadit opprobria cui est amica iusticia & nos in tanto opere peragendo non tm̃ de aduersario nostro qui in montibus impiorũ fundamenta sua posuit uictoria expectemus: sed etiã contra mendatium ueritatẽ inquiramus que claudi & ligari aliq̃diu potest uinci tamẽ non potest. Et talia sine dinino numine digne indagari non possunt. Cõuertamus oculos menti nostre ad gratiarũ omnium fontẽ latissimũ uirginis dei & sanctorũ omniũ matris. Et inde nostri sermonis gratiã & sacrificii labiorum nostrorũ profectũ: optatũq; finem meũ implo remus corde cõtrito & humiliato dicẽs. Aue zc.

¶ Fundamenta eius in montibus sanctis.

¶ Doctor & magister gentium. P. B. Magnifico illo spũ christi quo repletus erat. cupiens & babilonie ciuitatis munimẽta destruere. in quibus sapiẽtes huius seculi extollũt se aduersus scientiã dei lapidẽ uiuum angularẽ qui ex figurata sentẽti Daanielis percussa cõminutaq; Babiloniorum statuta quã soli tres pueri adorari contempserunt. Creuit in montẽ altissimũ. Pro fundamẽto fundamentorũ ecclesie sanctorũ matris nostre Catholice & apostolice fidei tue cõmisse in qua non est ruga neq; macula sic aparuit dicens. Fundamenta aliud nemo potest ponere pre

ter id quod positum est. quod est Chrystus iesus. De
quo & beato Petro tanq̄ apostolorū principi. ipe do
minus ait. Tu es petrus: & super hanc petrā. quā. s.
confessus es dicens. Tu es xp̄s filius dei uiui hedifi-
cabo ecclesiā meā. Fundamenta igitur fundamēto
rum sanctorū Chrystus est. qui est uerus sacerdos in
eternū. et Pontifex pontificū. Sanctus sanctorū. Rex
regum: & dn̄s dominantiū. siquidem & apostoli &
Patriarche & prophete atq; doctores fundamenta
sunt. Merito ergo de tali ac tanta ciuitate hodie me
moria āplissime celebratur. eiusq; gloria copiosa ora
tione ubiq; uariatur ea de ac pie asseritur. Fundamē
ta eius in montibus sanctis. Cuius utiq; muri & pla-
tea ex auro sanguinis martirū purissimo constructi.
porte margaritis uere doctrinis fidei Catholice et
apostolice nitentes eiusq; ciues sicut stelle spēdidissi
me in firmamento relucētes existunt. & deniq; cu-
ius lucerna est & huius. Non mirū igitur nobis acce
dat si porta huius speculatricis syon ex qua ueri spe
culatores gregis dn̄ici prodierunt. dn̄s ipse diligat.
Super omnia tabernacula iacob. sed quo amore ciui
tatē ipsam prosequatur qui tm̄ ipsius portas diligere
dicitur. Nobis iā intuendū est. qm̄ hic est ille oriens
sol iusticie splendor & figura substantie dei qui in so
le. in luce. in claro. in manifesto contra tabernacula
non modo filiorū Iacob errantiū. uerū etiā philoso-
phorū omniū qui inuisibilia dei per ea q̄ facta sunt
cognouerūt. & euanuerūt in cogitationibus suis ta-
bernaculū suū posuit qn̄ carnē & humanitatē suam
exhibuit. in qua diuinitas ipsa ueluti in tabernaculo
occulta latebat ut adimpleretur quod scriptū est ui
derūt oēs fines terre salutare dei nostri. O mirandā
diuine largitatis opationē. o sūmis laudibus & tollē
dā supremā bonitatis dignationē erat sup solē uerbū i

quo facta sunt omnia & ab his qui regionem umbre mortis incolebant uideri nõ poterat. sed caro factũ humiliauit se: ac descẽdit ut in sole uideretur: & per carnem quã assumpserat nobis notus fieret sicq; fieret sicuti spõsus de thalamo suo uirginali procedens qui exultauit ad currendã hanc uiam nostre mortalitatis. factus ne gigãs fortis: uidelicet et insuperabilis & non utiq; secundũ hominũ opinionẽ sed scdm rei ueritatẽ duplicis nature deus pariter & homo. Gigãtes enim ab hominibus & dii & hoĩes & potẽtes a seculo & uiri famosi ut scriptum est putati sunt. Et ideo tanq̃ sponsus de thalamo suo processit. quia nõ solus sed coniugatus de uirginis utero exiuit: in quo certe utero dei filius nuptias fecit: uxorẽ duxit: quia priusq̃ nasceretur: humanitatẽ nostrã sibi coniunxit: in qua quidẽ ad currẽdam hanc uiã summe exultauit quãdoquidẽ ut hominẽ redimeret atq; saluaret: ut regale sacerdotiũ summa potestate donaret: ut hanc sedẽ apostolicã & sedentẽ in ea cũctis sedibus & potestatibus anteponeret: legẽq; suã immaculatã supra omnes in orbẽ diffunderet ipsam cum gaudio durissimã substinuit passionẽ. ut ueraciter dicere posset. Viã mandatorũ tuorũ cucurri: cũ dilatasti cor meũ. O quã magna: q̃ ingẽs: & q̃ uehemens: iustius diuini cordis dilatio fuit. Patres amplissimi qñ nouũ condidit mundũ: quẽ de immũdo fecerat mũdũ Qui illuminat oẽm hominẽ uenientẽ in hũc mũdũ. Si quidẽ ueniẽs: & nos nõ moysi nõ prophetarũ sed proprio ore in uirginis utero ac in cruce deosculans oĩa innouauit. iuxta illud. Ecce noua facio oĩa ꝑ qua ut aplſus ãit. Debemus in nouitate uite ambulare & nõ ueterẽ sed nouũ hominẽ imitari. Nam cũ a iudeis dñs teneretur & diceret regnũ meũ nõ ẽ de hoc mũdo. Alterius mũdi se regẽ esse ostendit

Cui q̄ mundus iste subesset atq; seruiret apertissime demonstratur ex uerbis ipsius ad pilatū dicētis. Nō haberes ī me potestatē ullā nisi desup tibi datū eēt scilicet a regno mundi mei: qui utiq; positus est ual de excellentioris nature ac dignitatis super hūc mū dum qui penitus in maligno cōuersus est: in quo da ta est mihi omnis potestas in celo & in terra hoc est iniustis & peccatoribus & de iustis scribitur. Celū imihi sedes est: & de sede anima iusti sedis est sapi entie: de terra uero primo trāsgressori homini dictū est maledicta erit terra in opere tuo. Et de mundo quoq; ipse dn̄s discipulis ait. Si de mundo fuissetis: mnudus quod suum erat diligeret: sed quia de mū do non estis & ego uos elegi de mundo: propterea odit uos mūdus: quibus uerbis. P.B. tertium etiam nobis mundū ostendit per quem ecclesiam tue su preme potestati cōmissam intelligimus: que de mū do quidem electa est: sed iam nunc de mūdo nō est quia & ipsa mundus est: & supra hunc mundū pre lata tanq̄ dn̄a & regina ī ītellectu: ueritate & sciētia quas uirtutes de mundo superiori & de regione su pernali extare. Plato etiam ipse asseruit sensum ue ro & effluxū ueritatis: & similitudinem uirtutis: ac oppinionem de regione nature & mūdi inferioris esse affirmauit. Et propterea de nostro ecclesie sanc torum tanq̄ de superi mundo scriptum est. Sic deus dilexit mundū. ut filiū suum unigenitum daret ut omnis qui credit in illū nō pereat sed habeat uitam eternam que alterius mundi culpa perdita fuerat. Non enim uenit ut iudicet mundum sed ut saluetur mūd us per ip̄m & mundus iste qui p ip̄m saluatur alius q̄ ecclesia intelligi minime potest. Hic est igi tur ille mundus de quo dn̄s dicit. Ecce noua facio omnia. & si noua in hoc mundo facta sunt omnia

Ergo ecclesiā ipsam. nouū celū nouam terrā nouos montes et cetera oīa que p illa uetera significata fue re. ac quandā cū illis similitudinē habere dicemus. Noui eni celi sunt de quibus dicit. Celi enarrāt gloriā dei. Noua terra illa est de qua scribit. Et terra nīa dabit fructū suū. Nouos uero montes illos esse cēsemus ad quos oculos leuare et a qbus auxiliū nos expectare propha admonuit dicēs. Leuaui oculos meos ad mōtes unde ueniet auxiliū mihi. Et per istos mōtes ut diximus patriarchas prophas aplos & doctores intelligimus. Qui a terrenis oībus eleuati & celo propinquiores effecti mūdana oīa despexerūt. De quibus ipse dn̄s ait. Qui in iudea sunt fugiant ad montes & dicant mōtibus cadite super nos: & collibus operite nos Tales igitur sunt montes qui exultauerunt ut arietes: & colles sicut agni ouium. Sed qn̄ exultauerunt dicēs quisquis hec audis. quisquis hec cogitas. Quia a facie dn̄i commota est terra. a facie dei iacob. Nō sicut canes rabidi insatiabiles lupi aut leones crudelissimi exultauerūt. Tales enim tyrannorū & hereticorū ac male imperantium exultatio est Sed sicut oues: sicut agni sicut mites & absq; malitia exultauerunt. Montes quidem sunt sed non superbi: nō auari: nō ambitiosi: non cupidi: non elati. Colles sunt quia mites & mansueti. de quibus asseritur. Mā̄sueti autē hereditabunt terrā. Et hoc quidē per arietes & agnos significari dicimus. Verū exultant & letātur hii quia terra cōmota est. quia ab infidelitate ad fidē & ad uite pascua festinā̄t peccatores Sicut enim p celū sanctos exprimimus. ita p terram peccatores. Isti ergo sunt montes eterni de quibus cā̄tatur. A mōtibus eternis cōturbati sunt omēs insipiētes corde. & hoc quia ceteri mōtes eterni non sunt. Preterit enim figura huius mūdi. Celū & terra trā̄sibit iusti autē imperpetuū uiuent. & apud dn̄m

est merces eorū. Ab hiis autē omēs iusti insipientes corde. Iudei uidelicet & gētiles ac impii christicole ore sapiētes. corde insipiētes. Philosophice lopuētes & nihil intelligētes turbati sunt. Sed quare turbati. qm̄ illorū uirtus p opposita impiorū in signis & prodigiis erat. & spūi sancto resistere nō ualebant. Non aūt ipi loquebātur pro ut scriptura cōmemorat. Sed spūs sanctus in eis opabatur. quibus dn̄s. Os & sapiētiam elargitus fuerat. ita ut nō possent obsistere aut cōtradicere omēs aduersarii eorū. Iurati sunt igitur alii bene & alii male. Alii credētes alii sceuiētes. Verum tn̄ iustorū acies in trepida uoce clamabat. Non timebimus dū cōturbabitur terra & trāsferētur mōtes in cor maris. Siquidē deus est refugiū nostrū & uirtus adiutor in tribulationibus q̄ inuenerūt nos nimis. Sed quid cor maris nisi reges & principes ceteriq; potētes seculi. Sic enī sunt isti in hoc mūdo sicut cor nostrū in corpe nostro. Eorū consilio credūt omnes. eorū uolūtati obediūt omēs. Tales ergo fuerūt & sunt cor maris. Illius. s. maris de quo dicitur. Hoc mare magnū et spatiosum in quo reptilia quorū nō ē numerus. i. diuersa genera inimicorū. qn̄ ergo mōtes nostri mōtes eterni. sacti uidelicet apl'i & doctores eorūq; usq; in seculū successores. tū in edificatione & āpliatiōe tū in lapsu & reformatiōe trāsferent in cor maris. In huius utiq; pelagi pfundā uoraginē qn̄ trahent an̄ reges & pricipes. qn̄ terra cōturbabit & eccl'ia perterita cōtremiscet. Tunc autē nobis speculatoribus per uiam ueri ambulantibus timēdum pastoris non erit. quia deus refugiū nostrum. Sonuerunt quidē & turbate sūt aque eius. Vnde ipi quoq; mōtes ad momentū turbati sunt in fortitudine eius sed neq; sic timēdū est. qm̄ deus adiutor ī tribulatiōibus. Nā q̄to maior iustorū tribulatio eo amplior cōsolatio. Sonabant aque maris qn̄ nō unus ul' duo sed

tota ciuitas in martires fremebat & sic mōtes isti al tissimi cōturbati sunt in fortitudine eius: hoc est enī quod aplus ait. De tribulatione q̄ facta est ei in Asia qm̄ supra modū grauatus est supra uirtutem ita ut te deret eū etiam uiuere: sed quo se uertebat tūc mons iste fortissimus audite obsecro patrem ip̄m dicentē quia neq̧ tribulatio: neq̧ angustia: neq̧ persecutio. neq̧ fames: neq̧ nuditas neq̧ periculum: neq̧ gladi us separabit me a caritate dei que est in christo iesu: Nec mirū. P. ampl'. quia hec septē ꝓbationis gene/ra sunt que montē perficiunt nostram: & quasi per grad us ad uirtutes maiores & dona spūs beatitu/dinesq̧ quas modo euāgelica enarrauit historia: nos trahunt equidem & sapientiā patris huiusmodi uir tutes siue beatitudines absq̧ ratiōe ita cōnexas non dedisse premiaq̧ tam singularia apposuisse dicere non erubescam. Nam eo uehemētius quisq̧ fideliū illis insudare studebit: cū ampliora premia consequi posse in patria illa non ignorabit: uerū cū quis paup̄ spū. i. humilis fuerit. Consequenter & mitis: qui au/tem mitis etiam peccata lugebit. qui uero ob pecca ta luget esurit sititq̧ iusticiam. Qui aūt iustus est iste & misericors qui etiā & misericors fuerit & iustus quidē & cōpunctus & mundo corde: qui uero talis ē erit profecto pacificus: porro qui ista ꝑfecerit absq̧ dubio erit etiā ad pericula paratus: nec ad maledic/ta ulla prorsus terrebit': nec si mala quoq̧ mille pa/ciatur. Recte ergo pro ciuitate & ecclesia sanctorū extollēda cū propheta diximus. Fundamēta eius in mōtibus sanctis. Verū enim no. P. B. Cum pro insti/tuta breuitate satis per montes tū sanctorū tū sancti sanctorū corde & lingua uelociter currentis deam/bulauerimus ut sit laus & predicatio nostra ꝓ sacri/ficio ī eccl'ia sanctorū iuxta illud. Immola deo sacri/

ficiū laudis & redde altissimo uota tua. Et alibi sacri
ficiū laudis honorificabit me: & illic iter est in quo
ostendā illi salutare dei. quo in itinere iam mōte po
siti. P. B. ut Salutare nostrum recto intuitu inspicere
uoluerimus. Mōtes alios uberes & pingues uirtutū
cōcito gressu ascendamus: ut inde ueritatem uirtu-
tum enarremus iesum in sanctis suis pugnantē & in
nobis uicētē altius ꝓfundiusq̧ cōsiderare possimus
Nam si eū in monte de beatitudinibus loquentē: si
de ueritate uerisq̧ uirtutibus disserētē: si de lege per
fecte libertatis disputātē audire cupimus. & deniq̧
si ipm in uisione beata fide plena: spe certa: & cari-
tate ꝓfunda intueri desideramus. Illuc nos ascēdere
oportet: unde lapsi sumus & per ueterē hominē de-
positi. qm̄ in montibus huiusmodi Abraam securus
ambulauit. Et in planicie loth ab hostibus captus fu
it. Sed ab his qui mōtes colebāt tales liberatus. Da-
uid quoq̧ Saul fugiens in his locis tultissimus habita
uit. Sic et Iacob immolaturus dn̄o sup montē Bethel
ascēdisse legimus. His igitur et similibus edocemur
ꝙ si securi esse uolumus: si deo placere eiusq̧ gloriā
reuelata facie uidere ad uiam ipsorū montium nos
properare oporteat de qua p̄s. Beati immaculati in
uia qui ambulāt in lege dn̄i. Beati qui scrutātur testi
monia eius in toto corde exquirūt eū. Nō enim qui
operātur iniquitatē in uiis eius ambulauerūt. & pro
pterea alibi ꝑdes omēs qui locūtur mendaciū. Verū
& multi sunt mōtes patres Reueren. & uirtutū infi
nitus pene est numerus. sed in quācunq̧ illarū recto
itinere ascēderimus tuti erimus. Abraam in monte
fidei salutē assecutus est in mōte humilitatis. Moy-
ses in mōte māsuetudinis. dauid in monte patientie
Iob & tobias. Et beata quoq̧ uirgo maria in monte
humilitatis ab angelo inuēta est. Sicut ipa ait. Magni

ficat anima mea dominum. quia respexit humlita-
tē ancille sue. Et propheta ad euangelizantes con-
uersus uoce altissima intonuit dicens. Supra montē
excelsum ascende tu qui euangelizas sion qui euan
gelizas ierusalem. Ego mōtem excelsum caritatem
intelligo de qua apostolus. Adhuc excellentiorem
uitam uobis ostendo. Sequimini caritatem. In hunc
montem ergo ascendant qui euangelizant sion. In
hunc montem ascendāt episcopi. ecclsieq; doctores
siquidē & ipsi mōtes etiā sunt qui huius loci ampli-
tudinē euangelizādo ascendūt. Si tñ uia excellētiori
caritatis ut ipsi modo fecimus ascenderint. Nam &
montē huiusmodi. P. B. Beatus petrus ascēderat qñ
christus oues pascēdas accepit. Prius enim ter a dño
de caritate interrogatus est. prius caritatē ipsam ter
professus est. Et sic pascēdarū oiuū curā suscepit. &
deniq; in hūc montē ascēdisti etiā tu. P. B. qñ imme-
diate maxīo rei pub. xpiane periculo cognita tua sin
gulari prudentia doctrina magnanimitate cōstantia
ingenii dexteritate & rerū omniū mancat experien
tia omniū patrum uotis in terris uerus chrysti uicari
us & petri successor ac eius sanctissime sedis assessor
nobis & uniuerso gregi dominico datus fuisti rē cer
te nobis pro dignitate rei pu. nostre laborantibus op
tata & uniuerso orbi gratissima. Si tñ perfectum de
subiecta plebe ut cepisti quesieris. Si reges & princi
pes chrystianos descides pietate paterna ab effusiōe
christiani sanguinis reuocabis & in unitate fidei uni
us animi & oris cōtra fidei nostre hostes tua caritate
excitabis. Si oues gregis dominici aliorū negligen-
tia perditas & manibus infidelium pro uoto nobis
cognito eripere curabis et deniq; si ueros montes
quos chrystus inhabitabat per bonitatem per doc-
trinam per bonos mores & per rerū tum humana-

rum.tum diuinarum experientiam nō repulsa pro
ut ab aliquibus factum est. accessione spūs sancti ut
statuisti ad regimen ecclesie uocabis. quorō opera
studioq; ueluti Moises cōsilio freto sacerdotis ab in
genti cura in similibus exequendis liberari poteris.
Eya igitur pont. summe Alexandre sexte. & ad ta-
lia pietatis & misericordie opera peragenda aliorū
negligētia emissa, ppera & festina. qm ipsa pacis ope
ra in quibus opus sex dierū in te sexto in mundo ti-
bi credito innouari pōt. te clarissimū gratiss.mū bea
tissimum & immortalē in triplici mundo reddent.
uerum propter hoc etiā in montē olitueti frequēter
dñm ascendisse legimus ut nos etiā in montem olei
in montem pacis & misericordie frequenter ascen
dere nō negligamus. Qm inde cum propheta. In so
no tube ac in psalterio et cythara iuste cātare possu-
mus. Fundamenta eius in montibus sanctis. Sed nō
sic. P. B. nō sic illius ecclesie & ciuitatis montes exi
stunt de qua scribitur. Odi ecclesiā malignantiū &
cum impiis nō sedebo. Mali utiq; istius ecclesie mō
tes fuere in quibus loth uino repletus proprias uio-
lauit natas. Mali certe montes gelboe sunt quos Da
uid maledixit dicens. Montes gelboe nec ros nec
pluuia ueniat super uos ubi ceciderunt fortes israel
Gelboe lubricum interpretatur. Fiāt inquit psa mi
sta uie eorum tenebre & lubricum & angelus domi
ni persequens eos. Montes igitur gelboe impii sunt
heretici sunt. montes utiq; uolubiles montes lubrici
et instabiles in quibus quia ueritas non est Quicun
que ascendunt eisq; credunt aut ad eos confugiunt
facile corruunt. Ibi eni ceciderūt & usq; adeo cadūt
fortes israel & ita cadunt ut in errorem ducantur si
fieri potest etiā electi. Talis inq̄ mons fuit arius talis

apolonius: talis porphirius: talis sabellius & symon magus. Tales etiam montes fuerunt. Mali pastores quorum culpa periit omnis decor populi christiani quorũ cupiditate & auaritia duo imperia: tot regna tot dominia & deniq quod turpissimũ nomini nostro christiano est ipse quatuor patriarchales ecclesie breui tempore ad manus infideliũ crudelissime deuenerunt: & sic deuenerunt proh dolorq nemo adhuc tantorũ patrum & principum christianorũ in eorum liberationē & nominis christiani uendicationem aparuerit. Que tamē a te patre sanctissimo Alexandro maximo a tanta miseria liberari expectant non minus q̃ bethice regnũ. A xp̃ianissimis hispaniarum regibus fecerit qui certe etate nostra inter sanctissimos reges cōnumerari ac uenerari possunt & debent. O montes omniũ pessimos turpissimosq. O montes penitus destruendos delendosq. Mōtes utiq ipis furiis infernalibus deteriores. Mōtes inq̃ maledictos: quorum maledictione in talium cōsideratione repleta est iam summis doloribus anima mea: sup quos si ros celestis gratie & pluuia uere spiritualisq doctrine que cecidit permansisset nequaq̃ maledicti essent: nec suis maledictionibus orientales meridionalesq & septemtrionales ecclesias q̃ ad turpissimā sectā manmethipene deuenerũt repleuissent. Hos igitur montes deseramus: hos fugiamus: quia ibi ceciderunt omnes israel: & ad mōtes catholicos ad montes eternos ad montes certe omniũ uirtutum uberes et pingues redeamus: ut inde muniti hosti nostro seuissimo turcorum principi qui ad matrem omniũ ecclesiarũ profanandā properat & festinat opportune occurramus: & ut inde pro uictoria nostra intueamus: mitissimum agnum nostrum stantem supra montem syon & dicentem.

Ego autem & non alius constitutus sum rex ab eo su
per syon montē sanctum eius predicās preceptum
domini. Ac cū propheta in ciuitatē & matrem no-
stram conuersi humili piaq; uoce cantemus. Glorio
sa dicta sunt de te ciuitas dei. sed que gloriosa dicetis
patres obseruantissimi. An forsitā illa q̄ tota auro &
margaritis lapidibusq; p̄ciosis edificari dicitur. Nec
ista utiq; gloriosa sunt: sed illa que de ea dicta sunt in
quibus misericordia domini plena est terra dicens.
Memor ero Rab & babilonis scientiū me. hec sunt
illa preclara & reuera gloriosa & plus q̄ gloriosa. In
quibus non modo quid peccatoribus sperādum sit:
sed quid iustis expectandum extat satis animaduer
tere possumus. Quādo dixit memor ero Rab & ba
bilonis scientium me. Nam & Rab meretrix fuit & Rab
babilon dei populum captiuum sustinuit & illa qui-
dem exploratores ne occiderētur abscōdit. Hec ue
ro populum preuaricantē aliquanto tempore ex rei
precepto in seruitutem detinuit. talium igitur domi
nus memor erit qui memor est omnium scientiū eū
Neq; aliter istarum memor esset nisi quia eum sci-
re: & potest multa flagitia in eū credere meruerunt
qualiscūq; ergo quis prius fuerit siue meretrix mē-
bra christi adulterando siue sanctorum persecutorū
aut bonorum dilapidatorū. Si tandē conuersus deū
recognouerit saluus erit. Vnde & ipse dn̄s ait. Hec
est autē uita eterna: ut cognoscant te uerum deum:
& quem misisti iesum christū: uerū quia tanto glo-
riosior est ciuitatis implitudo q̄to diuersorū populo
sior subiunxit. Quomodo alienigene & tyrus & po
pulus ethyopū fuerūt in ea. Hoc est enim quod apo
stolus ait. Non iudeorum tm̄ deus sed & gentiū. Si-
militer & apostolus petrus in ueritate inquit cōpe
ri quia non est personarū acceptor deus. Sed in om-

ni gente qui timet eū & operatur iusticiā acceptus est illi quicunq; igitur deum timet & iusticiam operatur undecunq; ueniat ab hac piissima ciuitate suscipitur & non quasi alienigena sed quasi ciuis & indigena habetur ita Cornelius cēturio suscriptus est qui primus de gentibus ecclesie filius extitit. hoc et illud uas immundis animalibus repletum. hoc & illi symie significabant. que simul cū pauonibus salamoni allate fuerunt. Nā quid symia turpius quid pauone pulchrius. Sic & in tabernaculo domini & calicia erant & pili caprarum. Nam hyrcum in holocaustum dominus respuit. Cui tauri & agni offerebantur. Aurum & lapidis & ligna ceteraq; quibus templum domini constructum est non ibi nata sed aliunde auecta sunt. sic & ecclesia dei ex omnibus gentibus hedificata omnes homines recepit & eos extollit quos diuino auxilio extollēdos esse post factum aduertit. nemineq; ad se uehementer expellit qn̄ & tyrus & populus etyopū fuerunt in ea. hec sunt illa gloriosa. hec illa preclara & magnifica que de nostra ciuitate predicari & iustis & peccatoribus spem afferre possunt. si tamen aduertere noluerint speculatiui ꝙ neq; tyrus neq; populus ethyopū frustra in ea fuere. Siquidem & tyriorū auxilio templū domini hedificatum est & etyopes illius etyopi filii sunt pro qua maria soror Moysi lepra ꝑcussa extra castra eicta fuit. hec est illa igitur etyops q̄ in cāticis cāticorū canit. Nigra sum sed formosa filia Ierusalē Hanc aūt quia synagoga odio persequitur lepra infidelitatis pro causa est. & usq; ad seculi consumationem intra ecclesie castra non suscipietur uerum & hec etiā gloriosa immo gloriossima sunt que de dei ciuitate afferuntur. in qua serui & liberi nobiles & ignobiles docti & indocti gloriosi existunt & ibi &

non alibi illa est aqua que etyopā nouit mutare colo rem ut uere dicatur Tota pulchra es amica mea & macula non est in te. Sed quia homo natus est in ea qui fundauit eam altissimus. hoc est omni gloria glo riosius. Nullaq; gloria huius glorie cōparari potest. ꝙ ipse altissimus qui fundauit & fecit eam homo fa ctus natus sit in ea. ut sit primo genitus ī multis fra tribus & laus eius in ecclesia sanctorum. que utiq; fundamenta sua ut diximus in montibus sanctis po suit ad quos sanctos & eternos ac uberes mōtes ce tera pace colendos. Mons ille pinguis. mōs ille quo agulatus in quo est omnis plenitudo gratie & ueri tatia. mons inq̄ hi quo beneplacitum est dicto habi tare usq; ad nūc qui est christus iesus inos perducat Qui cum patre & spiritu sancto uiuit & regnat de us per secula seculorum. Amen.



